

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 139. Oratores Gregorii ad alloquium admissi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

**Sæcul. XV.** piscopi Legatis. Hi Constantiam ingre-  
A. C. 1415. diuntur junctis sibi Gregorii Nunciis, qui,  
ut ingressui suo ampliorem pompam con-  
ciliarent, studiose eos expectabant. Joa-  
nnes Dominici Cardinalis Ragusinus, qui  
paulo ante advenerat, rubro pileo că-  
piti imposito præcessit, stipantibus utrin-  
que latera Electore Palatino, atque Prä-  
latis, quos inter etiam Patriarcha Con-  
stantinopolitanus Collega suus numera-  
batur.

### §. CXXXIX

#### *Oratores Gregorii ad alloquium admissi.*

*Idem p. 38.* Exiguo post intervallo ad alloquium ad-  
missi ab Imperatore interrogantur, an  
competenti agendi auctoritate instruci  
forent? utrum Synodum appobarent,  
atque ad unanimem cum aliis consulta-  
tionem accedere vellent? Ad primum  
respondit Cardinalis Ragusinus, habere se  
satis idoneas mandati literas. Nec ver-  
bis ejus suberat dolus, quippe Gregorius  
Legatis suis Bullam consignavit, qua pro-  
fitetur, promptissimum se esse ad Papa-  
tum vel per se, vel per suos Procurato-  
res abdicandum, dummodo reliqui duo,  
Benedictus & Joannes pariter prætenis  
juribus suis cederent, ad ceteros vero  
duos articulos quod attineret, defectum  
mandati

mandati allegabat; subjunxit tamen Ele- Sæcul. XV.  
ctor Palatinus, a se suam oppignorari fi- A.C. 1415.  
dem, quod Gregorius nulla omnino ad  
reddendam Ecclesiæ unionem necessaria  
repudiaturus esset media, dummodo  
Joannes XXIII. neque Synodo præsideret,  
imo nequidem præsens aedesset. Impe-  
rator, cui nihil antiquius erat unione,  
Cardinali Ragusino ceterisque respondit,  
ipsis potissimum incumbere, ut ad restau-  
randam Ecclesiæ pacem omnia excogi-  
tarent media, se vero petere, ut illa sibi  
scripto traderent.

## §. CXL.

*Libellus a Legatis Joanni oblatus,  
ab eoque rejectus.*

**A**d maturanda hæc consilia altero die *Idem tom. 4.  
habita est Congregatio, in qua Ele- p. 41. & tom.  
ctor Palatinus operosius quam præceden- 2. p. 469.  
ti die mentem suam exposuit, pollicitus,  
navaturum se omnem cum Legatis ope-  
ram, ut cessio ad optatum suum finem  
efficacius perduceretur, additque, se lon-  
ge ampliorem ad hoc potestatem, si data  
non sufficeret, petiturum. Prælati hujus  
Pontificis obedientiæ addicti Joannis  
XXIII. discessum a Synodo urgebant,  
prout jam antea postulaverant, ut cum  
majori libertate consilia sua conferre pos-  
sent. Quia vero illi libellum porrigi-  
bant,*

Dd 5